

74
accidens inseparabile collocatur cum accidente p̄mu
ni et nō proprio licet aliquo modo p̄ueniat cū vtroq̄
vt dictum est Sic ergo accidens quoddam est separa
bile quoddam inseparabile Accidens inseparabili p̄
uenit predicta definitio accidentis scilicet q̄ subiectū
potest intelligi esse sine eo si sumat̄ subiectum pro spe
cie et nō p̄ singulari ¶ Sciendum est aut̄ q̄ licet sub
iectum possit separari ab aliquo accidente vt dictum
est non tamē accidens potest separari a subiecto actu
vel aptitudine Et dico aptitudine Itē licet deus pos
sit aliquod accidens separare a subiecto vt p̄muniter
tenetur de accidentibus hostie p̄secrate tamē q̄ illa ac
cidencia non habeant aptitudinem ad subiectū hoc
est impossibile . q̄ em̄ est de ratione p̄p̄a alicui⁹ ab eo
separari non potest sed inesse actu vel aptitudine sub
iecto est de ratione propria accidentis . quia accidens
esse est inesse ergo seperari ab eo nō potest Hoc eti
am potest patere ex his que supra dicta sunt de specie
Cum enim accidentia et omnes forme substantiales
non sint actus purus qui de se plurificabilis non est
sed ipsa plurificat̄ numero hoc ē p̄pter potēcialitatē
quam habent essentialiter vt sc̄z sunt pars realis alic⁹
p̄positi siue substantialis siue accidentalis ¶ Itē sicut
materia et forma sunt partes rei substantialis ita sunt
partes rei accidentaliter sicut albedo que est pars hu
ius p̄positi qd̄ est homo albus Cum autēz omnia ac
cidencia sint talia ergo necessario oportet q̄ isint subie
cto actu vel aptitudine Et sic patet de accidente et de
quibz p̄dicabilib⁹ De quibz vltibus sc̄z rem ⁊ sc̄z in
tentionē logicam tractatus primus fuit